BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 165r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et in cunctas valles si forte invenire
possumus herbam et salvare equos
et mulos et non penitus iumenta
intereant. Diviseruntque
sibi regiones ut circuirent eas. A
chab ibat per viam unam et abdias
per viam alteram seorsum. Cumque esset
abdias in via helyas occurrit ei.
Qui cum cognovisset eum cecidit
super faciem suam et ait. Num tu es
domine mi helyas. Cui ille rendit.
Ego. Et dixit. Vade et dic domino tuo.
Ad est helyas. Et ille. Quid peccavi
inquit quo tradis me servum tuum
in manu achab ut interficiat me.
Vivit dominus deus tuus quia non
est gens aut regnum quo non misit
dominus meus te requirens. Et
rendentibus cunctis non est hic. Ad
iuravit regna singula et gentes
eo quod minime reperiretis. Et nunc di
cis michi. Vade et dic domino tuo.
Ad est helyas. Cumque recessero a te
spiritus domini asportabit te in locum
quem ego ignoro et ingressus nunci
abo achab et non inveniens te inter
ficiet me. Servus autem tuus timet
dominum ab infantia sua. Numquid
non intelligatum est tibi domino meo
quid fecerim cum interficeret iezabel
prophetas domini. quod absconderim de pro
phetis domini. c. viros quinquagenos
et quinquagenos et pavium eos in
speluncis pane et aqua. Et nunc
tu dicis. Vade et dic domino tuo. Ad
est helyas ut interficiat me. Et dixit
helyas. Vivit dominus
exercituum ante cuius vultum sto
quia hodie apparebo ei. Abiit ergo
abdyas in occursum achab et nun
ciavit ei. Venitque achab in occur
sum helye. Et cum vidisset eum ait.
Tu ne es ille qui conturbas israhel.
Et ille ait. Non ego turbavi israel
sed tu et domus patris tui qui dereli
quistis mandata domini et secuti

estis baalim. Verumtamen nunc
nunc mitte et congrega ad me univer
sum israel in montem carmeli et
prophetas baal. cccc.tos l. prophetasque lucor.
cccc.tos qui comedunt de mensa ieza
bel. Misit achab ad omnes filios
israel et congregavit prophetas in monte
carmeli. Accedens autem helyas ad
omnem populum israel ait. Usque quo clau
dicatis in duas partes. Si dominus
est deus sequimini illum si autem baal
sequimini illum. Et non rendit ei
populus verbum. Et ait rursum hely
as ad populum. Ego remansi propheta
domini solus. prophete autem baal. cccc.ti
et l. prophetique lucor. cccc.ti viri sunt.
Dentur nobis viri duo boves
et illi eligant bovem unum et in fru
sta cedentes ponant super ligna
ignem autem non supponant. Et e
go faciam bovem alterum et imponam
super ligna ignemque non supponam.
Et invocate nomina deorum vestrorum et
ego invocabo nomen dei mei. et
deus qui exaudierit per ignem ipse
sit deus. Rendens omnis populus ait.
Optima propositio quam locutus est
helyas. Dixit ergo helyas pro
phetis baal. Eligite vobis bovem
unum et facite primi. quia vos plu
res estis et invocate nomina deorum
vestrorum ignemque non supponatis. Qui
cum tulissent bovem quem dederat
eis fecerunt et invocabant nomen
baal de mane usque ad meridiem
dicentes. Baal exaudi nos. Et non
erat vox que renderet. Transiliebant
altare quod fecerant. Cumque esset iam
meridies illudebat eis helyas di
cens. Clamate voce maiori. Deus
enim vester forsitan loquitur aut in
diversorio est aut in itinere aut
certe dormit ut excitetur. Clama
bant ergo voce magna et incidebant
se iuxta ritum suum cultris et lan
ceolis donec perfunderentur sanguine.